pbatio

quid de malo sit, quod adversum te
habet dominus. Ob quod in evangelio et
pharisaeus ut dei rogatur spernit
et humilis publicanus auditur.
Dedisti autem nisi fallor epistolas
plenas tam officiis quam precum
mitis. Cum tu nenitum quidem facere
dignaveris et domino loquente cum scr-
uis fratre non loqueris, nimis inqui-
et contumeliose scribis. Crede
mihi Niri Pali verecundia pro-
iberet. Tam acelerus ingerere,
ut inciperet mihi scribere tira-
tur, si qui maledicta ceterae hominis est et in-
iuria non facere christiani. Ad
antiquum morem revertentis rur-
sus precor ut diligentem te diligas
et ut con sermonem confer-
vis imperiales. Vale in domino.

## XXI HIERONIMUS AD EUANGELIUM PRBRUM DE MELCHISEDECH

MISISTI MIHI UOLUMEN ANONIMON ACEC NOTON. Et nes-
cio utrum tu de titulo nomen subtra-
xeris an ille qui scripsit, ut pericu-
lum fugeret disputandi, auctorem
noluerit confiteri. Quod cum legis-
sem, intellexi famosissimam quaes-
tionem super pontificem melchisedech
illic plurimis argumentis esse perductam.

Ut doceret lonatur sit eum. Qui bene
dixerit tanto patri archae divinio-
ris fuisse naturae. Neque de homini-
bus aestimandum; et ad extremum
ausus est dicere spiritum sanctum occurrisse
habrahae. Et ipsum esse qui sub hominis
figura visus sit; quomodo autem spiritus sanctus
panem vinumque protulerit.
Et decimas praedae quas habraham vic-
tor quattuor regibus reportaverat acce-
perit, omnino tangere noluit.
Petisque ut quid mihi de scriptore
et de quaestione videatur respondeam.
Fateor volui dissimulare senten-
tiam, nec me periculoso et ΦΘΕΝ
ΚΑΙΜΟΝΙ miscere tractatui,
in quo quodcumque dixissem reprehen-
sores habiturus forem. Rursum
cum epistolam legerem, et invenis-
sem in extrema pagella miris me ob-
testationibus coniuratum ne spernerem
precatorem. Revolvi veterum libros, ut
viderem quid singuli dicerent, et tibi
quasi de multorum consilio responde-
rem. Statimque in fronte geneseos
primam homeliarum origenis rep-
peri scriptam de melchisedech. In qua
multiplici sermone disputans illuc
devolutus est, ut eum angelum di-
ceret, isdemque paene argumen-
tis quibus scriptor tuus de spiritu sancto,
ille de supernis virtutibus est locutus;
Transivi ad didimum sectatorem eius